



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis

Dietrich <von Engelsheim>

Münster, [1893-1897]

34. Bulla pape Benedicti confirmationis bonorum ecclesie cum
malediccionem pape concessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

solk geselscop¹⁾ der ritterscop in dem stichte van Paderborn, also to Geysmar do syn solde, so de ansat²⁾ were van hern Raven van dem Kalenberge ritter, Borcharde van Papenheim, Otten van der Malsborg unde Gerde Spegele, were angesat tegen unssen hern van Colne unde stünde dar up,³⁾ dat hertoge Wilhelm dar keme; unde schege⁴⁾ dem capitel to Paderborn to leve unde willen; unde des ergonompten hertogen sonne eyn solde biscop werden to Paderborn. Unde beloch⁵⁾ so scedeliken dat capitel, de manscop unde de hern; dar wol grot mochte haben unville van gekomen; unde volgede synen vorvaren abbete Herman vort to hinder⁶⁾ der kerken van Paderborn. Got voge eme loen na sinen vordenste!

Also dusse mangerleye privileia unde wedderstant wern vorgebracht, unde dar en tegen gedaen wart mangerleye wiss;⁷⁾ dar⁸⁾ tegen des stols van Rome gebode unde confirmacien up grote penen geboden,⁹⁾ solke dink gescheyn, so¹⁰⁾ wort darumme dit nabescreven privilegium confirmacionis vorgebracht, van pawes Benedicto gegeben, so hir negest bescreven volget.

Benedictus,¹¹⁾ servus servorum Dei dilecto in domino **34.**
filio Meinwerco, venerabili episcopo Padeburnensis¹²⁾ 1014
ecclesie suisque successoribus in perpetuum. Desiderium, März.
quod ad religiosum propositum et sanctorum locorum
stabilitatem pertinere monstratur, sine aliqua nostra

¹⁾ Versammlung, Zusammenkunft. ²⁾ angelegt. ³⁾ wäre darauf gerichtet, wartete darauf. ⁴⁾ geschähe. ⁵⁾ log über. ⁶⁾ Nachtheil. ⁷⁾ und dem zuwider gehandelt wurde auf mancherlei Weise. ⁸⁾ als. ⁹⁾ bei großen Strafen geboten. ¹⁰⁾ da.

Die Wiedergabe bei Pertz Mon. Germ. Script. XI, 117, Vita Meinwerchi, weicht von vorstehender Copie in nachstehenden Punkten ab: ¹¹⁾ Ist hinzugefügt episcopus. ¹²⁾ Patherbrunnensis.

Deo autore dilacione proficiendum; et quociens in suis¹⁾ utilitatibus commodis nostrorum assensum et solite apostolice auctoritatis posse²⁾ presidium, hiis³⁾ nostro benignitatis intuitu nos convenit subvenire, et rati pro integra securitate ex ratione solidare, ut ex hoc ipsis venerabilibus locis salus necnon⁴⁾ indempnitas profligetur, et nobis⁵⁾ lucri potissimum premium a conditore hominum⁶⁾ Deo in sideriis arcibus proscribatur.

Igitur, quia postulastis a nobis, quatenus confirmaremus et apostolica autoritate corroboraremus tue ecclesie tibi que et tuis successoribus in perpetuum queque pro redemptione animarum suarum ab imperatoribus sive regibus, ducibus, comitibus vel ab omnibus magnis personis et parvis oblata sunt sive commutata, seu omnia, que tu ductus amore Dei de propriis tuis hereditatibus eidem tue venerabili sponse contulisti perpetue,⁷⁾ inclinati precibus tuis per huius privilegii seriem confirmamus et corroboramus ecclesie tue tibi que⁸⁾ tuisque successoribus omnia predia culta vel inculta, necnon omnia, que ei pro redemptione animarum suarum ab imperatoribus, maxime⁹⁾ serenissimo et christianissimo filio nostro dilectissimo ac sanctissimo imperatore Henrico oblata sunt, sive in comitatibus seu ubicunque fuerint; necnon omnia, que a regalibus¹⁰⁾ ducibus, comitibus, magnis parvisque personis iam dicte ecclesie oblata sunt. Similique modo confirmamus ea omnia loca, que tu ipse pro redemptione anime tue et parentum tuorum iam dicte tue sponse de propriis hereditatibus contulisti, necnon¹¹⁾ que ab aliquibus commutata sunt; statuentes apostolica censura sub anathematis interdictione, ut nulli unquam magne

¹⁾ in quibusdam eius. ²⁾ exposcit. ³⁾ id. ⁴⁾ et. ⁵⁾ hinzugefügt quoque. ⁶⁾ dafür omnium. ⁷⁾ perpetualiter. ⁸⁾ tibi. ⁹⁾ maximeque a. ¹⁰⁾ regibus. ¹¹⁾ hinzugefügt ea.

parveque persone liceat, contra hunc¹⁾ nostrum apostolicum privilegium insurgere vel contraire.

Si quis autem, quod non optamus, temerario ausu contra huius nostre apostolice precepcionis seriem pie a nobis promulgatam venire agere ve temptaverit, sciat, se domini nostri apostolorum principis Petri [et Pauli²⁾] anathematis vinculo innodatum et cum diabolo et eis atrocissimis pompis atque cum Juda, traditore Domini nostri Jhesu Christi in eternum igne concremandum simulque et in voragine tartareoque cahos³⁾ demersus cum impiis deficiat. Qui vero pio intuitu custodes et observatores huius nostre salutifere precepcionis extiterint, benedictionis gratiam celestesque retributiones ac eterna gaudia ab ipso domino iudice, Deo nostro, consequi mereantur. Scriptum per manus Benedicti, et sanctuarii et notarii⁴⁾ sancte Romane ecclesie, in mense Marcio, indiccione duodecima, anno dominice incarnationis millesimo decimo quarto.

O quam magnum privilegium, quam magna et detestabilis pena adiecta et sententia excommunicacionis prolata! Quam si dominus Coloniensis una cum penis multis diversis promulgatis bene animadvertisset, revera tamquam bonus catholicus prenarrata non attemptasset, sed potius benedictionis gratiam consecutus fuisset. Velit Deus, quod ulcio apostolice sedis hic et alibi provisum in premissis et promulgatum a dicto domino nostro per Dei misericordiam avertatur et quod Dominus in hiis se reddat propitium! Existimo, hoc sibi fore necessarium et bene indigere.

¹⁾ gleichfalls hunc. ²⁾ et Pauli fehlt. ³⁾ für chaos, das Reich der Finsterniß. ⁴⁾ notarii et scriniarii sancte ect.

Nachstehendes, nur im Auszuge wiedergegebenes Actenstück findet sich nicht im liber dissencionum, hat hier jedoch als zum Gegenstande gehörig Platz gefunden. Nach einer alten Abschrift im Kgl. Staatsarchive Münster, Fürstenthum Paderborn Nr. 1520²⁴.

Copia cuiusdam compulsorie contra dominum Coloniensem per dominum Geminianum in curia Romana emanate.

1430
24. Novbr. Geminianus de Prato, decretorum doctor, prepositus ecclesie Pistoriensis, domini nostri pape cappellanus, . . . ac partibus infrascriptis ab eodem domino nostro papa auditor specialiter deputatus, universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis ect, . . . per civitates et dioeceses Coloniensem et Padeburnensem . . . constitutis . . . salutem in Domino, et mandatis nostris, ymmoverius apostolicis firmiter obedire. Noveritis, quod . . . dominus Martinus, divina providencia papa quintus, quandam . . . supplicationis cedula[m] nobis per certum suum cursorem presentari fecit, quam cum ea, qua decuit, reverentia recepimus, huiusmodi sub tenore. Dignetur Sanctitas Vestra, causam . . . appellacionis . . . pro parte . . . prepositi, decani, canonicorum et capituli Padeburnensis . . . a nonnullis gravaminibus, ipsis occasione episcopatus Padeburnensis et administracionis ipsius ecclesie Padeburnensis ac cuiusdam asserte unionis et incorporacionis de eadem ecclesia Padeburnensi ecclesie Coloniensi facte . . . per dominum Theodericum, modernum archiepiscopum Coloniensem, illatis . . . ad sanctam sedem apostolicam interposite . . . mittere alicui ex dominis vestri sacri palacii apostolici causarum auditoribus . . . [ad] audiendum, cognoscendum et decidendum. . . . In fine vero dicte . . . cedula scripta erant de alterius manus littera, superiori

ausgegeben von

littere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa, hec verba videlicet: „De mandato domini nostri pape audiat magister Geminianus de Prato, citet, ut petitur, et iusticiam faciat.“ . . . Tandem fuit nobis pro parte . . . dominorum prepositi, decani, canonicorum et capituli ecclesie Padeburnensis . . . expositum gravi cum querela, quod nonnulli . . . penes se habent et detinent . . . in eorum cistis, archis, thecis, . . . certa iura, acta actitata, literas, scripturas, statuta, privilegia, . . . et alia munimenta causam . . . huiusmodi tangentes et tangencia, et pro defensione huiusmodi sui iuris necessarias et necessaria. . . . Quapropter fuimus . . . requisiti, quatenus eis . . . literas compulsorias . . . in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur. Nos igitur Geminianus, auditor prefatus, . . . vos omnes et singulos supradictos, quibus presentes littere nostre diriguntur, . . . requirimus et monemus . . . vobisque . . . mandamus, quatenus intra sex dierum spacium post presentacionem seu notificacionem presencia vobis aut alteri vestrum factam immediate sequentium, . . . prefatos iudices, executores, subexecutores, officiales, commissarios, delegatos, subdelegatos, collegia, capitula, notarios et tabelliones publicos, personas alias quascunque tam ecclesiasticas quam seculares, . . . requiratis et moneatis, . . . quibus eciam nos sic mandamus, quatenus infra duodecim dies post requisicionem . . . predicta acta, litteras, scripturas, instrumenta, privilegia, statuta, iura et munimenta . . . ad eandem Romanam curiam nobis . . . portanda eisdem preposito, decano, canonicis et capitulo, . . . principalibus vel eorum sindico etprocu ratori legitimo . . . exhibeant, tradant et assignent. Quod si aliqui dicta iura sive munimenta . . . detineant, detentores ipsos . . . ad revelanda dicta iura . . . auctoritate . . .

apostolica per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. . . . Quod si forte premissa omnia et singula, prout ad vos . . . pertinet, communiter et divisim non adimpleveritis . . . ac mandatis et monitionibus nostris huiusmodi, ymoverius apostolicis, non parueritis, . . . seu aliquid in contrarium feceritis, . . . in omnes et singulos contradictores in hac parte et rebelles dicta canonica monicione premissa excommunicationis, in capitula vero quecunque in hiis delinquencia suspensionis a divinis et ipsorum ecclesias et monasteria interdicti sentencias ferimus in hiis scriptis et eciam promulgamus. Absolucionem vero omnium et singulorum, qui prefatas nostras sentencias aut earum aliquam incurrerint sive incurrerit quoquo modo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium . . . fidem et testimonium . . . presentes litteras . . . fieri et per notarium publicum . . . subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus appensione communiri. Datum et actum Rome in ecclesia beate Marie rotunda, pro audiencia causarum apostolica specialiter deputata, inibi mane, hora causarum consueta ad iura reddendum in loco nostro solito et consueto pro tribunali sedentes, sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, indictione octava, die vero Veneris, vicesima quarta mensis Novembris, pontificatus prefati domini nostri, domini Martini pape quinti, anno quarto decimo, presentibus ibidem discretis viris, magistris Henrico Budel et Gerardo de Wyhongue, notariis publicis scribisque nostris, clericis Traiectensis et Leodiensis dioecesium, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Wilhelmus Rabbe, clericus Monasteriensis dioecesis publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius . . . ect.

Copia cuiusdam litere scripte per capitulum ad episcopos Hildensemensem, Myndensem, Monasteriensem, Osnaburgensem et aliis principibus ect. ad dominum Coloniensem informandum, ut capitulum et ecclesiam Paderbornensem dimittat in libertatibus suis ect.

Den erwerdigen in Gode vadern unde hern, hern **35.**
 Magno to Hildenshem, hern Wulbrando to Minden, 1430
 hern Henrich to Monstere unde hern Johanne to Osna- 14. Dezbr.
 brugge, bisscopen, unde yren capitelen, den hogebornen
 fursten unde hern, hern Adolph to Gulike unde to dem
 Berge, hern Adolph to Cleve unde hern Arnolde to
 Gelre hertougen ect., den hogebornen unde edelen
 jonchern Roperte van Gulich unde van dem Berge,
 jonchern Gerard van Cleve unde van der Marke, hern
 Frederich, graven van Muerse unde hern to Bare,
 jonchern Johan unde jonchern Walraven, synen brodern,
 jonchern Otten, graven to Tekenenborch unde jonchern
 Corde, graven to dem Ryetberge, unde vorder allen
 fursten, geistlich unde wereltlich, graven, vryen hern,
 rittern, knechten, steden unde allen guden luden, dar
 desse brief an komet, unsen genedigen unde lieven hern
 jonchern unde gueden vrunden ontbiede wy domprovest,
 deken unde capitel to Paderborne unse gebet, denst
 unde groet na gebore unde gelegenheit.

Unde begern to weten, als gy eder iuwer eyndeils
 wal weten mogen, yn wat maten in vortyden de erwer-
 digeste in Gode vader unde her, her Diderich, ertze-
 bisschop to Colne to dem stichte to Paderborn komen
 is omme saken wille doe dem stichte an liggende unde
 up beterynge des stichtes, der doe gehapet wart van
 synen genaden to krigen. Soe is eme van pawess
 Johan, dem dryeundetwintichsten in deme namen, dat
 stichte in vormunderschap to bewaren to synen lyve
 bevolen na ynholde der bullen, darup to Fryborch